

ORATIO PRIMA  
Synodi Lateranensis habi-  
ta per Egidium Viterbien-  
sem Augustiniani ordi-  
nis Generalem.

Iacobus Sadoletus Petro Bembo. S.P.D.

**H**Abes Bembe Orationem Egidii Viterbiensis  
quā tāta ope expetivisti/ dignāillam quidem  
propter elegātiā / quē abiis potissimū legatur/qui  
iudicare aliquid de prēstantibus īgeniis possunt: sed  
& aliis quoq; cōmendationibus prælucentē:tum q;  
magna auctoritate Lateranēsis principia Cōcilii aus-  
picata est quod a Julio. II .Pont. Max. Paulo ante  
institutum sancte christianæ Rēip .optatus fore  
salutare tū q; ab eo uito est/ quē ego & tu s̄epe soliti  
sumus ī sermonibus nostris clarissimū huius s̄eculi/  
tāq; obscuras centislumen appellare Et quidē quē in  
cōib; hotminū sensib; posita sunt / ea nemo est /  
qui ī Egidio sūma esse nō agnoscat: sumus enim ex  
pertī plūties illam huius uiri mulcentē omniū au-  
ris atq; animos eximiam eloquentiā uernacula qui  
dem lingua heteruscorum quā illi patria est / abun-  
dantem/sed ex uberrimis/ & grācæ/ & latinæ studi-  
onis fontibus deductam: magno enim hic studio  
theologiæ / ac philosophiæ altissimis artibus comi-  
tes litteras politiores adiunxit. Ergo illa in sacris cō-  
cionibus diuina semper & admiranda flectere arbitrio  
suo hotminum mentes refrenare incitatas / Lan-  
guentis accendere uel inflammatre potius ad uirtu-

tis / Iusticiæ / Temperantiæ studium / summi dei ue-  
nerationem / sanctæ religionis obseruantiam . Nec  
uero quidq; interfuit illo dicéte inter doctos homi-  
nes & ideota / non senex ab adolescente / uir a mu-  
liere / princeps ab infimo homine potuit dignosci:  
sed omnes pariter uidimus præcipites ferti impetu  
animos audientium / quocunq; eos oratori impel-  
lere libuisset: tanta uis orationis / tantum flumen le-  
tissimorum uerborum / pondus optimatum sen-  
tentiarum ex eo fereatur . Ex quo / quod semper  
euenire cernimus / iam plane intelligimus necessi-  
tate euenire / non casu / ut quotienscumq; dicturus  
est / concursus maximi omnibus ex locis audiendi  
causa fiant . Sed nos hæc popularia cum multis / illa  
secretiora cum paucis cognoscimus . Soleo enim  
mirari te Bembe uehementerq; probare iudicium  
tuum / cum ita dicas humanitatem ipsum & eas ar-  
tes / quæ humanitatis proprie & affines sint / si ma-  
lo hominum fato amissæ intereant / ab hoc uno  
homine exprimi & repræsentari posse : nec adum-  
brata in eo simulacra / sed totam effigiem uirtutis  
agnosci . Quod uero addis grandiorem tibi etiam  
in cubiculo uideri Egidium q; in pulpito / ubi certe  
est maximus / facile tibi assentior . Sed hæc alias .  
Nunc Orationem leges de qua testatum esse apud  
omnes uolo / quicunq; eam in manus sument / re-

dēpeutos eos nō Hēctorē/sed Hēctoris corpus : qđ  
ipsum tñ tanti p̄cii est/ut iure optimo rependi auro  
queat.Certe non aderit calor ille, & uis in dicendo  
oratoria spiritusq; γεωπησ .ut aiūt: φωρησ quo tan  
tum potuit Egidius / ut omnium adstantium ani  
mos primum suauissime demulcerit/deinde ad ex  
tremum uehementissime cōmouerit. Verum quid  
opus hæc ad te scribere, qui amore quidem & beni  
uolentia erga Egidium mihi par /iudicio omnibus  
antecellis : Ego quod egi : ut elucubratio optimi  
& religiosissimi uiri nō lateret in tenebris suppressa  
sed in populum exiret / spero me bonis omnibus  
gratum fecisse/tibi quidem certe scio. Vale.

Oratio Prima Synodi Lateranen̄. habita per  
Egidium Utberensem/Augustiniani  
ordinis Generalem.

Eminem hic non mirari existimo :  
cum tot in urbe uiri sint grauiter co-  
n pioseq; dicendi facultate clarissimi  
cur ipse unus: qui cum lumenib⁹  
his nulla sim ratione comparandus  
& pro rostris appaream: & in tanta præsertim re tan-  
toq; confessu/quo spectatius sacratusq; nihil habet  
terrarum orbis . audeam uerba facete . Dicam sane  
aliquid intercessisse / quanto breni ego non uirtu-  
te ulla aliis præpositus . sed quadam superiorum  
tum temporum tum actionum ratione : & tanq; a  
causa ipsa inuitatus uidear / qui primus hoc confli-  
ctu telum iaciam / & sacrosancte Lateranensis sy-  
nodi auspicia capiatm. Nam cum annis ab hinc cit-  
citer uiginti quantum in me fuit / & perexiguæ ui-  
res tulere euangelia populis interpretatus sim pro  
phetarum uaticinia aperiuerim : Ioannis apocalyp-  
sim de successu Ecclesiæ uniuersæ ferme Italiæ enar-  
rauerim / ac sæpe numero affirmauerim : eos qui  
tunc audiebant, ingentes Ecclesiæ & agitationes &  
clades uisutos : illiusq; emendationem aliquando  
conspicuros : nunc par esse uisum est : ut qui hæc

dixerat uentura/ idem uenisse testetur: & qui toties  
exclamauerat: Videbunt oculi mei salutaria tem-  
pora: iam tandem exclamat, Viderunt oculi mei  
salutare/sanctumq; principium expectatae instaura-  
tionis.Dicam itaq; de Synodo & q; Ecclesiæ cōmo-  
da semper sit: & q; nostris temporibus necessaria:  
præfatus oraculorum stilum me inuertere non au-  
surum esse/ sed integra (ut legi solent) uerba / atq;  
orationes usurpaturum: tum q; homines per sacra  
immutari fas est: non sacra per homines: tum q;  
ἀπόλοισθε μηδέταιρας ἀλλοιστέου Simplex se mo-  
ueritatis est/atq; a principio partitio illa in mentem  
uenit: rerum alias diuinæ esse: ecclæstæ alias / alias  
humanæ: diuinæ quippe /q; sunt motus ac muta-  
tionis expertes/emendatione non egent cœlestes ue-  
ro atq; humanæ agitationi obnoxiae instauratiōne  
desiderant. Nam Luna cum ad Solis cōmercia ue-  
nerit: Sol cum a Cancro in brumam descenderit:  
quasi magno mortalium dispendio damna ab inte-  
gro reponunt: cogūturq; præscribente natura lucis  
iacturam rependere:& quicquid cadēdo abstulerint  
ascendēdo mortalibus restituere Quod si cœlestia si-  
derum itinera q;q perpetua/immortalia/semperma  
redeunt tñ restituunturq;. Quid nam tertium hoc  
faciet rerum genus/ut pote fluxum/caducum/mor-  
tale: profecto aut interitu cito pereat necesse est: aut

continua innouatione reficiatur. Quod enim est  
cibus corporibus, ut uiuant : quod genitura gene-  
tibus : ut perpetua sint : id præstat humanis ani-  
mis sua pro tempore emendatio / cultura / discipli-  
na : quāq; absq; ciborum alimentis animantia diu  
uiuere : tam humanæ animæ: tam ecclesia : absq;  
cura Synodorum probe agere potest. Ac quemad  
modum si pratis hymbres : si hortulis tuos: si agris  
cultum : si uincis putationem : si deniq; uiuenti-  
bus alimenta subduxeris : illa arescent breui silue-  
scentq; / hæc uiuere desinent atq; emorientur : Ita  
ferme post Constantini tempor a/ quæ ut sacris te-  
bus multum adiecere splendoris & ornamenti / ita  
morum & uitæ seueritatem nō parum eneruarunt  
quoties a synodis habendis cessatum est : toties ui-  
dimus diuinam sponsam a sponso derelictam : Il-  
ludq; euangelii factum .quod heri recitabatur: Iam  
modicum & non uidebitis me . Vidimus Christū  
in nauicula obdormientem : uidimus uentorum  
rabiem : hereticorum furorem in candida ueritatis  
uela irruentem : uidimus malas : cupiditates: diram  
auri atq; habendi sitim : uidimus perditam ma-  
lotum audaciam aduersus iura/auctoritatem /maie-  
statem Ecclesiæ sœuentem:uidimus inq; uim rapi-  
nas/adulteria / incestus: omnem deniq; scelerum pe-  
stem ita sacra profanaq; miscere omnia : ita in san-

Ritus.

etiam nauiculem impetum facere: ut pete scelerum  
fluctibus illa latus dederit: ac prope metra & pessun  
data sit. Rursus cum eo monente spiritu, cui hodie  
supPLICATIONES decrete sunt patres ad synodum cē  
fugerunt: q̄ primum emendaue re cōposuereq; omi  
nia: uentis turbinibusq; imperauere / & quasi in tu  
tissimum portum delati: impetum rationi: iniu  
riam iustitiae: uitia uirtuti / tempestates ac flucti s  
serenitati tranquillitatique cedere compulerunt: gym  
numq; cecinerunt sancto spiritui: p̄scatorum ma  
ris atq; aquarum deo. Aquæ multæ non potue  
runt extinguerre charitatem: & illud, iam hyems  
transiit imberabiit & recessit: surge amica mea: la  
cet enim sponsa: ut hyeme frondes arborum: sur  
git reuirescitq; synodorum studio: ut syluæ ueris tem  
pore reuocato sole frondescunt. Ad solis redeuntis  
radios: & fæcundi spirant Zephyri: & læta planta  
ria germinant: Ad synodorum lumen & diuini  
spiritus flant autæ: & emortui ecclesiæ oculi reuiui  
scunt ac recipiunt lucem: ubi pars altera impletur  
oraculi: Iterum modicum & uidebitis me: quod  
quidem nihil aliud sibi uult nisi / q; sancti spiritus  
lux/que synodis omisis extinguitur tanq; excusus  
e / silice nouus ignis iterum accenditur & recuperat  
ur in synodis. Ad hæc Paulus Apostolus decus  
cum salutis caput ostenderet: absq; si de inquit deo

placere nullo modo possumus / atqui sine synodis  
stare non potest fides / absq; synodis igitur salui esse  
non possumus . Verum quod ratione dicimus / ut  
ctiam experimento probemus / cogitandum nobis  
est / tres esse credendae rerum radices : e quibus uni  
uersa ecclesiæ fides manat . Prima diuinæ naturæ uni  
tas est / altera eadem in natura parætis / sobolis / amo  
ris felicissima trinitas : Tertia in uirginis utero pro  
lis diuinæ conceptio : In quibus ueluti in altissimis  
apicibus ac sanctissimis montibus & reliquæ fidei  
partes nouem & pietas uniuersa fundata est . Fun  
damenta enim eius in montibus sanctis . Vnitas  
nempe mons dei nuncupatur / q; in una dumtaxat  
dei essentia sit atq; natura : & ut unitatem illam nō  
solitariam / non sterilem / sed uberrima fecundita/  
te præditam cogitemus : ideo mons pinguis adii/  
citur : corpus uero in uirgine uerbo iunctum mon  
tem coagulatum uocat uates : Hæc itaq; tripartita  
illa uinea est super uertices montium sita : quam  
& futuram cecinere oracula / & præsentem euange/  
lia indicauere . Sed iam perierat vinea : nam (ut te  
stis est Dauid) illam aper / e / silua depopulatus erat  
illâ tumor philosophiaz uastauerat . Arrius pri / mū  
montē auellere conatus est / qui unitatē discerpit .  
Sabellius secundum / qui personas confudit . Photi  
nus tertium qui partum uirginem impura teme/

ritate labefactauit: tres ueluti impiissimi gygantes/  
qui gloriæ cupiditate de ternm novarum studio il-  
lesti montes loco mouere ausi suut: ut viam sibi fa-  
cerent ad celum oppugnandum rescindendumq;  
& erant iam uoti compotes: nam quæ ipsi philoso-  
phia persuadebant/ armis ea recipi principes impe-  
rabant /philosophia nos argumentis urgebat/arma  
collatis signis oppugnabant: illa præstigiis /hæc ui-  
fidem euertere conabatur : illa inuertere quæ crede-  
bantur:hæc : eos qui credebant perdere contende-  
bant: illa in pietatem & animas / hæc in corpora ui-  
tamq; scuiebant . Quid faceret diuina sponsa iam  
iam peritura : quo se uerteret : quo confugeret :  
cuius fidem: cuius opem : cuius auxilium imploraret:  
exhorrescebat tempestas : nauicula mergebat  
Deniq; (ne multis morer) nulla effugiendi / nulla  
euadendi inuenta via est/ nisi Nicena synodus ubi  
Siluestro' ad clavum sedenti & iam iam naufragiū  
facienti,/ e/celo sese ostendens deus : Modice inquit  
fidei quare dubitasti : ac statim diuinis fulminibus  
& fidei montes restituit /& gygantum temeritatem  
dissecit: ubi erepta puella experimento didicit: cum  
quicq; sibi aduersi imminere uideat: nullum omni-  
no præsidium ad se uel tuendam firmius / uel libe-  
randam accommodatus / uel uindicandam efficacius  
habere: q; synodum / qua sola fit, ut nullæ aquæ ec-  
clesiaz charitatem extinguant: utq; diuinus spiritus

in nostris animis mansionē efficiat / qui unicus uelut aquarū iudicorū tempestatum q̄ potes teste Mo-  
se fertur super aquas . Iam uero quod de fide dixi :  
quæ utiq; nulla esset : si synodi institutio non fuisset :  
idem ferme de temperantia / iustitia / sapientia /  
ceterisq; uirtutibus existimari uelim : omnes enim  
desidiam pro labore: ocium pro negotio: uolupta-  
tem pro sollicitudine expetimus . Verum cum ani-  
maduertimus quādoq; fore (quod in synodis fit)  
ut censūs habeatur : ut morum & uitæ exploretur  
ratio: ut improprii depræhendantur / iudicentur / ple-  
ctentur : contra probi allicantur / fouca ntur / attol-  
lantur: incredibiles stimuli appetendæ uirtutis ini-  
ciuntur : ut homines colligant sc̄e: ut meliora de-  
liberent : ut ad uitia reliquenda & ad uirtutem ca-  
pessendam accendantur : nihilq; non honestum :  
nihil non magnificum moliantur . Illud illud sy-  
nodi discerniculum fuit: unde ueluti ex equo Tro-  
iano tot clatissima ingeniiorum lumina emicuere :  
Illa uirtutum approbatio : illa detestatio uitiorum  
Basilios / Chrysostomos / Damascenos grecie: Hie-  
ronymos / Ambrosios / Augustinos / Gregorios Ita-  
liae peperit : qui cum magna similiū turba : bone  
deus: quos libros quæ scripta ? quæ monumenta ?  
quod doctrinæ quod disciplinæ : qđ diuini uel  
auri uel argenti genus inchristianum ætrarium non  
concesserunt : Rēm prætereo) nisi tempus oblige

et) minime prætereundam de ecclesiaturam rectori/  
bus / de pastoribus populorum: in quibus quidem  
uniuersa rei christianæ sita est & summa & salus.  
Ut enim inferior hic mundus celi tum motu / tum  
lumine regitur : ita christianæ gentes a rectoribus  
suis uelut a celestibus pastoribus gubernantur : qui  
si boni futuri sint / necesse est ut & lumine discipli/  
narum fulgentes alios doceant / & motum sanctarum  
actionum exercentes / quæ ducuerint, ipsi in primis  
& maxime agendo preceant: Hæc duo illa sunt / quæ  
& docuit pastorum princeps Christus cum & lucer/  
nas ardentes gestare ad clare instituendū / & ad san/  
cte agendum præcintos esse iussit : simul ipse mi/  
tifice exercuit : cum & lux mundi & diuini patris  
sapientia fuerit : & sanctus sanctorum appellatus sit / q  
pro bono omnes uitæ sanctimonia antecesserit / atq;  
eas ob res Ego inquit sum pastor bonus . Quod  
vero ob utrumq; bonum se dixerit testatur euange/  
lista / qui cepisse eum scribit tum facere tum docere  
Quin & duodecim illi duces / qui super omnē ter/  
ram constituti sunt principes spiritus afflati / nu/  
me completi q; ita utrangoz celi uim sunt assediti : ut  
etiam celi appellationem promoverent, ut vulga/  
tissimum iactatur oraculum. Celi enarrant gloriam  
dei: quo monemur/eoz rectore celebrandā esse glo/  
riam / qui celi tum lucem sapientia / tum conuersio/  
nes sanctimonia imitati cōsecuti p; sint. Huius itaq;

rei/ quæ omniū longe maxima est: quanta cura sy-  
nodis fuerit: histotia memorat . Nam qui prestan-  
ti doctrinæ sanctū uitæ institutum adiunxerint a sy-  
nodorum patribus ex uniuerso terrar. orbe conqui-  
fici/ cuecti/ exornatiq; sunt summa cum diligentium  
laude/ecclesiæ fructu/cômodo/ lætitia/plausu po-  
pulor. Quid illud omnium grauissimū ac pericu-  
losissimum loquar : quod nemo tempestate nostra  
non deplorat: iniurias Principiū dico : legionū in-  
solentiā: armator. minas : quid enim miserior uel  
audiri uel cogitari potest , q̄ ut celi terrarūq; regina  
ecclesia aut ui seruite/ aut manus dare, aut crassanti-  
um tela pertimescere cogatur : quæ quidem pestis  
adeo serpit hoc tempore/ adeo insurgit / adeo inua-  
lescit , ut ois illa ecclia: auctoritas atq; a deo tradita  
libertas euer. a/profligata / & plane extincta esse ui-  
deatur Quam obtē caue. Iuli. II. Pon. Max. caue cre-  
das / ullū mortaliū quicq; melius salubrius ue cogi-  
tasse unq;/ q̄ ipse spū sancto mouente cogitaueris in  
synodo instituenda cuius quidē nulli Reges / nul-  
li principes possunt uel decreta conténere/ uel iussa  
negligere / uel auctoritatē detrectare : Si qui enim  
forte Pontificem ipsum per se ihermē paruipende-  
re ausi sunt: synodi auctoritate Principiūq; & natio-  
num consensu, ac studiis instructum metuere ac ue-  
teri consueuerunt. Nā si synodo res gestas repeta-  
mus / nihil illis potentius/nihil maius / nihil mun-

tius esse intelligemus. Synodo nāq; in. Io . Hispa. &  
Alphon. Lutisanū R odulphū imp. designat Greg.  
. X. Synodo. Marti. iii. in Petū Aragonensem ani-  
maduertit. Synodo. yiii. Bonifatius in philippū re-  
gem decernit. Synodo Alex. v. Ladislau exauditora-  
tum facit. Synodo & olim Greg. alter & parrū me-  
moria Eugenius gr̄cam ecclesiam latinæ coniun-  
git. Synodo in Federicum Imp. agit &. iv. Inno:  
& Greg. viii. Quin in hac eadem æde omniū prin/  
cipe / & quæ uincere semper hostes solita est, uinci  
nunq; non nisi synodo &. ii. Innocentius aduersa-  
tios deiecit &. iii. Alex. Victorem sociosq; supera-  
uit &. iii. Inno . Othonem imperio submouit / &  
Marti. v. hostilia tyrannoꝝ arma dissipauit. Et ne  
oia psequar (qcqd laude / qcqd gloria dignū a Mel  
chiadis ætate in ecclesia gestū est aut ad hostem ar-  
cendum, aut ad Remp. cūponendam / id omne de  
synodis originē sumplit: & proinde synodis t̄fe-  
rendū acceptū est. Quid enim aliud fācta synodus  
nisi maloꝝ metus / probog; spes; eirotꝝ eiectioꝝ fe-  
ges & restitutio uirtutū: qua demonū fallacia uin-  
citur: sensus illecebre auferuntur: ratio amissam ar-  
cem recipit / terris e celo iustitia restituitur: redit si-  
quidem ad mortales deus: nā si dixerat. Vbi duo  
uel tres meo nomine cūuenerint/ ad eos uenio/ in-  
terq; eos sum / q̄to huc libentius se conferet , Quo  
non duo tantum uel tres/fed tot ecclesiæ capita pro

ficiſcuutur. Nā ſi angelos Ioanties appellat eccliaꝝ  
pastores / quid eſt / quod uel uotis petere uel p̄cibus  
a deo conſequi non poſſit tanta ſimul frequentia  
angelorū. Hic Eua ab exilio reuocatur : hic ſerpen-  
tis caput talo primitur puelle ſanctioriſ. Abraham  
eduicitur / e Caldeorū terris: Agar ancilla obtempe-  
rat dñæ: fēdus com deo rufus fertur / animorū cir-  
cūcifio introducitur . Hic ſcalā figens pattiarcharū  
pater in celum aditum pandit: deo iungitur in pa-  
leſtre ludo & audendo deo accipit nomen. Hic po-  
puli ueluti in ſolitudine fame oppreſſi diuinitus  
ſuppetias impetrant: celi angelorūq; panē recipiunt  
& ſuauitate uescuntur cœleſtiū epulaꝝ. Hic cum ho-  
minī pectora tanq; ſaxea euafent Mofis uirga per-  
cufſa aquaꝝ fōtes effundūt. Hic theſauruſ in agro  
abdituſ effodit / Margarita emittuſ / lápades accen-  
duntur / ſemen in bonā ſeritur terra / ſinapis granū  
ſurgit i arborē / & ferati olea oleaster inſerit . Obca-  
ta itaq; illa tpa que ſynodos fuſcepertunt : hęc ſtulta  
ſi nō agnouerint: miſera ſi omiferint: Et qm uetera  
ſynodoꝝ cōmoda ſtrictim attigimus / nunc q; bre-  
uiſſime noſtra delibemus. Appello ergo te Iuli: II.  
Pont. Max. ſumus ille te appellaſt deus / qui ſuam te  
gerere in terra uicem uoluit / qui e tanto iampridē  
ſenatu te unum delegit / qui nonum uſq; in annū  
ecclie ſue te ſponſum defendit / qui & bonam co-  
gitando mentem / & magnā agendo facultatem de-  
dit / q̄tā nulli maiorū unq; p̄ficit / ut ſcilicet p̄rādo

nes abigeres/uias purgares/seditioes tolleres/ domi  
templum omnium quæ usq; uisa sunt magnificen-  
tissimum excitares / militia (quod nemo ante hac  
potuit ) ecclesiæ arma magnis regibus metuenda  
faceres/ut deniq; imperiū ppagares: ut Ariminū/  
Fuentiā/Rauennā/& alia pmulta recuperares.Que  
& si eripe tibi hostis pōt/quin tñ primus Pontificū  
hæc oīa gesseris/efficere nō potest. Magnor. n prin-  
cipū uiirtus nū ex casu aut ex euentu / sed ex cōsiliis  
actionibusq; cēsanda est. Nūc rebus gestis/hęc duo  
deerant/ ut synodum uocares/& cōi xpianor. hosti  
bellū indiceres/& que ab initio semp cogitasti/ spo-  
pondisti/decreuisti/iā deoliā xpiano gregi/ iam tuę  
prestes tū pietati tū fidei , Ac scias te bonos oēs in  
magnā spem erexisse / quippe qui belloꝝ & maloꝝ  
tempore iniuria ad hæc differenda coactus quidem  
fueris / ad negligenda uero & deferenda nō minus  
nū telis/ nō cladibus adduci potueris / quin animā  
ea constantia firmaueris : ut hii fluctus / heę aquæ  
q;q multæ firmā tñ charitatē tuā extinguere nō po-  
tuerint. Ille itaq; idē deus/qui p̄ter hęc oīa / quæ ad  
animū excitan dū enumeraui immortalia bñficia/  
bis superioribus annis tū Bononiæ tū R omæ / cum  
etiā intra ædes tuas extinctus haberetis/in uitam re-  
uocauit/& ad hęc maxia opa gerenda reseruauit: ut  
& ip̄e deus extincto Pōtifici manifestissimo miracu-  
lo/& Pōtifex extinctę ecclę sanctissima synodo uitā

celeriter atque una cum truimiscentie. Possunt etiam ecclesia propria, repuiscere. Ille inq̄ deus petat manusq; ut duo illa animo uoluerit, cutes per agas: & (quemadmodum propheta iubet) destituit euellus ieiunior, ceteros luxum uitii. Infamus et dñ fides / p̄ antea moderationem / iustitiam / sanctissimam. Ad hanc ergo agenda cum alia premissa, num recipere amissus exectus concitate nos debet: qđ equidem p̄sum diuina prouidentia factum: quo minus ecclesia alienis fratribus cederimus: ut ad nostra redemptores victores quadrremus. Nostra autem virtus sunt, pieas religio / probitas / supplicationes / uota / laetitia fidis atq; anna iusta / ut Ap̄l uerbis utar. Ad quę si syndicata redibimus: ut armis nō nōs impicemus aliquo hoste fuiimus: ita nō trahimur ob hunc superorem. Veniat quiclo in meū Mōs bene: qđ ad aerius Amalech regnum gessit: undebis populum deo charitati gloriis suientem ueni semper contra fieri per vincere precibus supplicantem. Iusserat ergo in podium ducebam Aarom sacerdos dū. Huc sc̄ Mōs transiens ascendebat in illi annum corpore ferreban- tur in hostem: hi deus purgato annua preceban- tur illi enī / hū uotis agharant illi seruo / illi pie- rier pugnabant. Videlicet utrāq; anna militiq; / sc̄ seignioris: sed iam que nostra sunt / deo non offici- dent cognoscimus. dū Mōs inquit / manus at- tollebat magister uicebat excepimus / dū manus reguit

tebat : exercitus inclinabat. ac (ne casu id factū su-  
spicemur) in calce sermonis illius scribitur adver-  
sus. Amalech / hoc est in ecclesia hostem / dei manū  
ac bellum esse in generatione & generationem: qui  
bus quidem uerbis monet deus: utrancq; generatio-  
nem atq; utrancq; ecclesiam & Mosis & Christi / mi-  
litia / armis uinci: pictatis studio uincere: superari-  
talis decertando: sacro faciendo superare: Audire di-  
uinās uoces undiq; sonantes / nudiq; synodum / pa-  
cem / sanctā illam expeditionē efflagitantes. Quan-  
do enim uita nostra mollior: quando ambitio pe-  
tulantior: quando cupiditas inflammatior: quaudo  
peccandi licentia impudētior: quando a uadacia ad-  
uersus pietatē loquendi / disputandi / scribendi / aut  
frequentior / aut securior fuit: quando in populis  
terum sacrare: quando sacramentorumq; & clauium  
& sanctorū p̄ceptorum non modo negligentia sed  
& contemptus maior: qñ apertius religio & fides  
nostra Iudibro uel tenui plebeculæ fuit: qñ (proh  
dolor) sc̄issima in ecclesia primitiosius: qñ bellum peri-  
culosius: qñ hostis potētior: qñ exercitus truculen-  
tior: qñ obiter monstra / portenta prodigia tum celi  
mimitantis tū terre expauēcentis aut cœbriora aut  
horribiliora apparuere: qñ (heu fluis me impe-  
dit) cedes: qñ clades uel prius Bra...iana / uel postea  
Rauennate cruentior: qñ in q̄ ullus inter infaustos  
dies / q̄ sanctissima illa resurgentis Xpi lux aut lu-

et uortior aut calamitosior illuxit. Quæ quidē oīa  
(nisi ferrei simus) quid nam aliud q̄ cœlitus missæ  
uoces sunt mouentis dei ac p̄cipientis/ut synodum  
habeat ut ecclesiam emendet ut utriusq; hoīs bellū  
tollas ut sponsæ tuæ undiq; lacescitæ pacē utrāq;  
restituas ut gladios auertas urbis & Italiz iugulis  
imminentes ut nostram frenes uiuendi licentiam  
ecclesiæ uiscera maioribus vulneribus ferentē. Nō  
enim multi refert q̄tum agri possidamus/sed q̄ iu-  
sti/q̄ pii/q̄ diuinæ rerum studiosi simus/ut deniq;  
post tot mala/tot incōmoda/tot calamitates princi-  
pem Xpm audias Petro posterisq; synodum osten-  
dentem:ut unicam omnium malorum medicinam  
singularem periclitantis nauiculæ portum: solam  
tei publicæ confirmandæ rationem: Tu inquit Pe-  
tre aliquñ conuersus confirma fratres tuos. Audis.  
Pitre: Audis Paule: Auditis augustinissima semper  
capita tutela ac p̄sidiūm urbis Romæ: Auditis in  
quem maloꝝ cumulum ecclesia uestro fundata san-  
guine deducta sit: Videtis acies utrincq; profliga-  
tas: Videtis cedes: uidetis clades: uidetis campos  
occisoꝝ aceruis opertos: Videtis terram hoc anno  
plus cruentissime pluuiæ: minus imbrium bi-  
bisse q̄ sanguinis: Videtis tantū occubuisse xpiani  
tororis / q̄tum fuerat ad fidei hostem debellandū  
satis nihil nobis nisi exitium/nihil nisi interitū su-  
peresse: Ferre opem / iuuate/ fucurrite/ & quam de

iudeoꝝ & tyrannorum fauibus cruistiſ ecclesiātū/  
nūc domesticis cladibus occūbentem, eripite. Orat  
populus/uiri/femineꝝ /omnis etas / omnis sexus /  
omnis orbe/ rogan̄ patres /obsecrat senatus : obte/  
ſtatur ipſe deniqꝝ ſupplex Pontifex : ut ſe / ut ecclē/  
ſiam / ut urbem R omam/hæc templa/bas aras/hæc  
ſacra /hæc ueſtra ipsorum capita feruētis /ac synodū  
Lateranen̄. hodie ante ora ueſtra a Iulio. II, Po  
Max. iudicatam /quod fauſtum felix fortunatumqꝝ  
ſi et nobis ecclesiæ ueſtre/ totiqꝝ R eip.xpianæ in or  
bis terræ certissimam ſalutem sancti ſpiritū numi /  
ne firmetis / curetiſqꝝ & pacari christianos principes  
& in publicum Christi hoſtem Maumetem noſtro  
rum regum arma cōuerti/ atqꝝ his fluctibus/his tem  
peſtatibus/his aquis /non modo nō extingui ecclē/  
ſiae charitatem/ſed armæ crucis meritis & diuini ſpi  
ritus ductu/ quibus iunctim hodie ſacra fiunt : ab/  
lui potius ab omnibus conceptis maculis & in anti/  
quum ſplendorem munditiamqꝝ reſtitui.

Dixi.



Habita fuit Oratio in æde Lateranensi  
Quinto Nonas Maias.M:D.xII

9

Res. 292/7-3 am

Recd. 140041  
1001441139